255. Mitto alias sententias nostrae probationes videndas apud P. Quirinum disp. 73. sectione 3. Ea probatione tamen non utor, quae possit inveniri apud Authores sententiae nostrae, desumitque ex eo, quod non sunt multiplicanda sine fundamento positivo species, nec praedicata realia de facto: ex hoc enim capite licet ut unumque probet, gradus intensionis de facto non esse dicendos heterogeneos; non tamen concludit bene dicendos esse homogeneos, nisi haec quoque ratio positiva suadeat.

256. Pro rei complemento notabis haec duo. Primo absque ullo fundamento

dici: Ita 2.a neg. probans, q.d species relicta ab una cognio=
ne sit disposito, ut cognio altera omninó similis relinquat
in intensione speciei perfectionem illam, quam 1.a cognitio relinquit.

2.a q.a licet de facto qualitas eadem intensa, et extensa, si accip=
iantur specificatibé, sint ejusdem speciei; non ita vero esse, si
reduplicatibé sumantur, hoc est, prout intensa, prout extensa.

257. Ratio:

q.a sic includunt diversas specificé uniones, cum tam in ex=
tentione, quam in intentione detur unio; et in extentione quidem
unio non penetrativa graduum inter se, penetrativa in in=
tentione. Hinc intentio, et extentio, differunt exspecificé;
licet qualitas praecise 2.o se accepta sit specificé eadem.

258. At contra

dicit: inter extrema eadem dari non possunt uniones diversae speciei;
neque ex diversitate tantum extremorum colligitur bona Philosophia (ut
nos aliquando notabimus) diversitas specifica unionum: quare non potest
eadem esse specificatibé sumpta qualitas intensa et extensa.

259. Itaque

dicendum est antecedens, cujus urgentiam probationi dicendum, Philosophiam non colligere, nisi
ex diversitate extremorum exspecificam unionum diversitatem intra
eandem lineam unionis, hoc est, nisi extrema sint diversa,
non dari in linea unionis informativé diversas specificé
uniones, nec in linea unionis intensivé, nec denique in

linea extensibè, cum hoc tamen benè cohæret, quod inter easdem specificè extrema dari possint etiam in facto uniones specie diversæ, si modò non sint de eadem linea unionis.

Sectio 6.ª

Notavilia circa alterationem explicantur.

Subsectio 1.ª

De alteratione uniboca agentium accidentalium ad perfectè assimilandum, et jam simile.

260. Supponitur, agens accidentaliter naturaliter posse alteratione uniboca, hoc est, actione producitiva qualitatis speciei ejusdem cum ipso agente, sibi passum assimilare perfectè in sola specie qualitatis, quatenus videlicet passum ab ipso agente accipiat gradum saltem aliquem ejusdem qualitatis. Ita si hic calor ut 8.º cum vel unicum caloris gradum producat. Supponitur quoque, posse alteratione uniboca assimilare sibi perfectè in intensione passum, quod sit cum ipso agente penetratum.

261. Et dubitatur, an sibi

possit naaliz assimilare perfecté in intentione passivum non pene

tratum cum ipso agente? Affirmant Recentiores asimant demu

nim. Negant Auth. aliqui cum trinitario requirentes passi

cum agente penetrationem; negant ĉalij cum P. Alphonso exi

gentes in suplementum dictae penetrationis multiplicationem agen

tium, aut densitatem m. agentis. Nos ista non exigimus, sed

independenter ab his asserimus circa dictam assimilationem: agens

accidentale unibocum potest naaliz producere in passo sibi dingno

tantam intentionem, quantam in se ht.

262. Assertio probat 1.° apari:

agens substaale unibocum potest naaliz producere in passo sibi

dingno formam substaalem omnino similem formae, quam ht ipsum agens:

non. constat ex eo coam, quod ratio commensurationis inter agens, et

effectum, debet ee eadem in 1.° casu, ac in 2.° Ceterum m. re

quirit aplicationem in 2.°, quam in 1.° casu. Requirit absque justo

titulo, ut probat ipsa paritas.

263. Reclamat, formam substaalem non

ee capacem intenonis. Ido. sed quid inde!? cum persistat adhuc

ratio eadem commensurationis inter formam, et formam substaalem omni,

no similem tum essentialiter, quam integraliter, atque inter tantam, et

iterum tantam intenonem ejusdem qualitatis.

Probat 2.° agens in

264. tendit assimilare sibi passum, uti vox est in scholis recep

assimira de agente univoco rraaliz operante; sed n̄ intendit assimilare tantū in specie, at in proportione etiā, qua spe,, cies ab ipso participat: ḡ intendit assimilare perfecte. Atqui agens accidentale univocū n̄ poterit assimilare sibi perfecte passū, nisi possit in ipso producere tantū intensū quantū in se ht: ḡ.

265. Instant omnia prezm̄ l.º p qua stat efficax probatio: si agens intenderet passū assimilare sibi in specie, agens calidū ut 8.º aplicatū passo n̄ calido, aut calido ut unū vel produceret unū tantū gradū caloris, vel nullū; sed hoc falsitatis obincit ex ipsa experientia: ḡ. Rã m̄: Dẽis nā pt. unicū gradū assimilaret sibi tantū in specie passū n̄ calidū; et inveniret sibi jā assimilatū in specie calidū ut unū: proinde nihil amplius ageret, cū n̄ intenderet aliud.

266. Objicit l.º eo magis operat agens, q.º m̄d.º ht aplicatio,, nē ad passū; sed penetratio est m̄d.ª aplicatio, quā distingui tur: ḡ magis operat agens in passo penetrato, quā in sibi distincto. Atqui in penetrato solū producit tantū in tensū, quantū in se htº: ḡ in distincto n̄ producet tantū.

267. 2.º ex doctrina nrā infert, q.º posito calore v.g. ut 8, rº tout inde orbis calefiat. Illatio prob.: calor ille in passo sibi distincto

produceret calorem alium ut 4.or Hic similiter in alio sibi distinguo, et ita de aliis sine termino usque dum totus orbis calefieret. Probatur: ipse proloquium virtus unita fortior est, se ipsa dispersa: ergo agens accidentale uniboce densum produ cere potest in passo effectum maiorem, quam posset ipsum agens, si esset rarum: prius si quidem sub densitate magis sunt adunata quam sub raritate. Ergo in doctrina universum non est verum, quod agens accidentale uniboce maaliter possit perfecte assimi lare sibi passum; cum non possit hoc sub raritate.

268. Ad 1.um nego maiorem: non enim maius effectum, sed poni eundem promtius ob maiorem agentis applicationem verum est. Immo et hoc aliquando fallit: nam si melius sit dispositum passum minus aplicatum agen ti ita celerius in ipsum operatio potest exer ceri, quam in passum magis aplicatum, sed non ita bene dispositum.

269. Ad 2.um nego illationem, probationemque eius: quia non procera passum erit ubique dispositum, ut diceret, extendatque magis ac magis calefactio. Immo passa inveniuntur contraria ei obsistentia, et quidem cum vic toria. Et propter hanc rationem minime accidit, quod aliquo igne posito, totus exinde orbis ignescat. Quod exemplum manifesta est retortio praesentis argumenti.

270. At si pro instaurando argumento

Adversarij confugiant ad lucem, quę nullum habeat contrarium, quod impediat ipsam; dicunt, lucem non esse operationibus lenis. Quod ex eo colligit, quia lux numquam seu producat, seu conservet, nisi ad præsentiam substantiæ luminosæ. Et notandum, hoc de calore non posse dici pariter: quia calorem esse productivum caloris, oposita ratio suadet; calor siquidem conservatur in substantia non productiva caloris, in ferro v.g.; et calorem producit in manum ferrum idque fortasse tangente, quę productio jure tribuitur calori aliunde non insupportionato.

271. Ad 3um respondet explicatione proloqui. Sensus est illius: quia virtus unita sit fortior quoad modum operandi, non verò quoad effectum maiorem eo, quem potest tota eadem virtus dispersa. Itaque multiplex virtus, quælibet ejusdem in specie effectus productiva, si uniatur, atterit minus p. contrariam circumstantiam, contrariamque ipsa superat facilius, ingruente uno quasi impetu tota virtus.

272. Et indè est, quia unita resistat ipsa magis, et citiùs veniat proximum in statum producendi, quam ipsa dispersa; effectum tamen non producat maiorem eo, qui respondet toti eidem virtuti dispersæ. Undè licet agens sub raritate virtutem habeat minus adunatam, sive conjunctam minus, quam sub densitate; non ideò sub densitate maiorem potest effectum, sed eundem celeriùs producere. Hinc manet responsum arguto.

273. Nunc de

actione alterativa agentis accidentalis univoci in passum jam
simile. Negatur: hic loquimur de similitudine tantum quoad spe
ciem qualitatis ejusdem, sed de similitudine jam habita inter agens,
et passum quoad eandem proportionem ejusdem qualitatis. Nec dubitatur, quod
licet gaudeant ista similitudine in determinata aliqua qualitate,
non vero in alia, possit agens accidentale univocum hanc aliquam qua
litatem in passo augere usque ad similitudinem in intensione qua
litatis ejusdem.

274. Sed quaeritur, an possit magis augere in passo in
tensionem qualitatis illius, in qua cum passo jam est perfecte; et sic
agere in sibi simile. Affirmant aliqui, quorum tamen non est
unus sensus. Alius absque limitatione affirmat, alius, si agens
sit in materia densiore, v.g. in ferro, et passum in minus den
sa, v.g. in stupa; alius, si agens magis habeat resistentiae
quam passum; alius, si inhibeat ~~[illegible]~~ antiperis
tasis; alius, si reflectio aut refractio.

275. Reliqui negant
et nos quoque negabimus, duce Aristotele in I. de generatione cap. 7.
ubi text. 48 inquit: nam, quod simile est, et omni ex parte nullo
pacto differt, nihil a simili pati, rationi consentaneum est. Cur
enim potius alterum altero erit passibile? Item si fieri queat, ut quid
piam patiatur a simili, illud quoque a se ipso pati poterit.

Egregie

276.

quidq. pro omnimissima sentia dicq, et qo ipsa praxis erat authoritate firmat, et bonitate rationis fundamto. Vs sic: agentia duo accidentalia univoca vel augent sese mutuo ad intentionem qualitatis, in qua sunt perfecte similia, vel nullum determinate auget alterum circa talem intentionem; sed non augent sese mutuo: ergo nullum determinate auget alterum circa intentionem qualitatis, in qua sunt perfecte similia: ergo quo nullum potest realiter augere in passo intentionem qualitatis illius, in qua cum passo jam est perfecte simile.

277. Ratio minoris desumitur ex frequenti multarum in rebus experientia. Haec pro omnibus exemplis sufficiat: si portio una aquae calidae miscetur cum alia aeque calida, nihil augetur alterius aut alterius calor: non enim magis calida sentitur utraque portio mixta, quam sentitur quaelibet separata: ergo calor unius, et alterius non augent sese mutuo.

278. Pro maiori prioris sillogismi: non est maior ratio, ut unum determinate augeat alterum, quam ut ambo augeant sese mutuo circa intentionem qualitatis in qua sunt perfecte similia: ergo duo agentia accidentalia univoca vel augent sese mutuo &c. In favorem autem faciunt ea verba Arist.: cur enim potius alterum alterius erit passibile? Hoc est cur unum erit passivum alterius, et hoc simile non erit passivum agentis in ipsum simili, in quod agit?

279. Est 2a: si posset agens univocum naturaliter augere in passo intentionem qualitatis, in qua ipsi sunt perfecte similia, agens calidum v.g. ut 4tor augere poterit in se ipso caloris intentionem; sed non potest: ergo. Probatur minor 1o ex experientia non enim calidum ut 4tor sibi relictum intendit numquam usque ad summum; quod certe accideret, si posset naturaliter intentionem in se ipso augere. 2o probatur ex eo, quod Aristoteles oppositum, quasi absurdum, deducat in illis verbis: si fieri queat etc.

280. Ex quibus etiam verbis probatur maior sic: si agens calidum ut 4tor posset naturaliter in calido itidem ut 4tor gradum caloris producere, quo augeat ejus intentio, nulla profecto erit ratio naturalis, ob quam non posset talem gradum in se ipso producere, et sic augere suam intentionem: ergo. Huic etiam faciunt rationem secundam in probatione Domini Auctoris jactam, desumpta videlicet paritas ex agente substantiali univoco; cessante quoque finis: agens siquidem intendit assimilare sibi passum juxta theorema passim a Philosophis usurpatum, atque admissum ab Aristotele ubi supra text. Sed: quare ubi iam perfecta similitudo extiterit, actio non procedit. Nota Physicum non meminisse heterogeneitatis gradum (utique hic effugiunt Auctores heterogeneitatis) ut probaret, simile non posse agere in iam simile.

Subsectio 2.ª

Solbuntur opocita in conclutionem proximam.

281. Oponitur 1.º agens intensivum producit intensionem majorem, quam in se habet: ergo non solum intendit assimilare sibi passum: quia agere realiter potest in eo perfectione simile, intentionem augendo, in qua conveniunt. Stant pro antecedenti experientiae. 1.ª in hieme congelatur aqua; et tamen aer non est eque frigidus atque aqua congelata. 2.º vinum oclusum in vase, et in cisternam missum frigescit magis, quam aqua cisternae: ergo.

282. Nego antecedens. Ad 1.ª experientiam resp.º dupliciter cum P.P. Conimbricensibus. 1.º nego antecedens Secundo Ad coad 23 pagina: nego ex eo, quod aqua concrescat in gelu, non bene aer, non recte suponitur, aquam esse frigidiorem aere congelante. Sed quidquid congelatur aqua, non aer eque frigidus: quod hic minus aptus concretionis, aqua magis apta dum subtilibus terreis, aut siccis exalationibus permiscetur. Itaque non in majus duntaxat, vel minus frigus, sed in specialem naturam, atque dispocitiones verti debet, quod alia congelentur, alia non quam. Acetum ex sua natura, prae frigidum numquam gelu stringitur. Oleum natura calidum frequenter concrescit.

283\. Resp. 2a omissa 2a pte, V.g. q. 2do dere tamquam caa adequata; et inde cog ngo. Quippe ea mdr. aque frigiditas pt perbenit ex Coelestis Corporis speciali influxu facilius in aquis, tamquam in subiectis nativis, frigiditatis imprimentis pt etiam ex ipsa aqua, que remotis p. hieme impedimentis, ultro se infrigidat sim restituit.

284 Est,

qui 2° experientiam n. admittat, sed neget. Aut negare poteris, et deinde asserere vinum n. magis tunc frigescere, quam cisterne aque, quambis frigidius aqua sensui appareat. Sane n. est mdr. frigiditas ipsius, sed mdr. eius, quam aque, subtilitas magis immutat sensus. Poteris quoque dere aere, et cog ngare; nam licet ne ipsa sit frigidius, mdr. ea frigiditas n. a sola cisterne aqua frigida, sed a vaporibus quoque cisterne pbenit. Nonque 2cludit, q. agens mdr. pducat intentionem, quam in se ht.

285\. Oponit

2°: agens multoties pducit alium effectum ac intendit: ergo q. agens intendat assimilare sibi passum, n. obstat, ut efficiat passum sibi dissimile, quod perfecti simile fierat ante pductionem. Patet ans ex pductione Monstrorum. Patet: agens equivocum potest assimilare sibi passum coad intentionem: ergo agens univocum &c.a Ngo ans objectionis, q. ex Monstrosis pductionibus n. pbat. Monstra quidem n. intendunt a natura, ut 2muniter operatur; sed a natura ut extra regulares ordinem operat, aliquando

intendunt utriq. operationis effectu ejusdem ... contrariae dispariter: in 1°. nil fieret contra naturam finis; in 2°. autem fieret, ut constat ex nostris rationibus.

286. Opponitur 3°. ex alijs experientijs, quibus absoluté ostenditur agens univocum agere in sibi simile. 1ª. est: duae manus aequé calidae magis incalescunt, si mutuo confricentur. 2ª. duae lucernae inter se propinqué apparent clariores. 3ª. phyale vitreae mutuo alliciae franguntur. 4ª: unum speculum species mittit in aliud simile: ergo id accipit species: ergo agens univocum &c.ª

287. Ad experientias istas communis resp.° ad 1.m negatur antecedens. Duae manus ita confricatae dicuntur non magis incalescere, sed magis sentire eundem calorem remotis impedimentis. Ad 2.m dicitur lucernas non apparere in se ipsis clariores, sed in spacio proximo magis illuminato. Ad 3.m utrumque. fra phy atque multó frangi; nam utriusque impulsus vincit utriusque duritiem: Unde non agunt in sese mutuó tamquam agentia univoca, sed per actionem aequivocam.

288. Haec eadem resp.° de actione non univoca, sed aequivoca exhiberi potest experientiae. Et hinc nulla est consequentia ex praedictis deducta ab Adversarijs. Pro solvendis alijs argumentis, quae desumuntur ex majori densitate, extensione et ejus multitudine agentium, observa 1.

agens ratione densitatis posse aliquo virtutem habere maiorem, quam qui si raram sit idem, quoad resistentiam, celeritatem producendi, atque extentionem spaciorum, non tamen posse producere, et si densum, maioris intentionem eam quam in se habet.

289. Itaque si aplicentur eque calidum ut 4. tamen si densum, producere non poterit maioris intentionem eam, quam possit calidum etiam ut 4. sed ipsum rarum. Qua propter si manus aplicata aquae, et ferro eque calefactis calefiat magis a ferro, quam ab aqua; hoc provenire dicatur ex defectu aplicationis equalis: ferrum namque propter suam densitatem melius aplicatur. Et propter eandem citius producet, quam producit aqua cum simili calore; prontiusque sentiatur calor ab eodem fero impressus manui, quam impressus ab aqua.

290. Observa 2°, ferrum candens non absque summo calore in se habito producere in stupa, quam ignescere facit, calorem summum; etenim ipsum, quamvis non est ignis, ignem solet intra poros despicere, ex quo provenit et summus calor, et accensio stupae. 3° agens posse ratione extentionis esse actibius quoad producendum simul in partibus diversis spacii, seu in passo magis extenso; non vero possit actibius esse quoad producendum in parte aliqua passi intentionem maioris eam, quam habet ipsum agens: nisi forte operetur 2° omnes suae extentionis partes simul et per unicam

actionis provenientis vel ab unico agente.

291. Sed in casu posito, quo bis passus superat simile in intentione ~~praedominante~~ praedicta, cuilibet seorsim parti agentis actio provenit a dissimili: non enim ponitur nisi a coniuncto partis agentis; et tale coniunctum solius virtualis erit dissimile in intentione passo coaequatus, in quo fiet productio. Hinc nulla pars agentis quantumvis extensi potest producere in passo intentionem eam, quam in se habeat eadem pars. Similiter nullus ex multis agentibus coalescentibus in unum, ut unica actione producant, potest ex sola sui virtute producere talem intentionem. Quid ergo iuvat in his praesens densitas, extensio, multitudo agentium?

292. Observa 2.º quod si aeri illuminato ab unica lucerna admoveatur altera, magis ipse potest illuminari. Sed tunc casus neque lux agit in lucem, neque illa lucerna, sive substantia luminosa in alteram. Lux, ut communiter dicitur, non est productiva lucis. Substantia luminosa de novo addita producit in dicto casu novam lucem in aere prius illuminato. Nova haec lux, cum non proveniat a luce, sed a substantia luminosa, non producit actione univoca, sed aequivoca. Id circo in tali casu non dabitur actio similis in simile, neque actio univoca.

Subsectio 3.ª

Stat præcedens doctrina cum Antiperistasi, reflectione, et refractione.

293\. Strepitosum nomen Antiperistasis actionem designat, qua unum contrarium intenditur, altero ipsum cingente. Unde Græcorum ejus vocem Latini explicant hoc vocabulo obsessio, aut circumobsistentia. Actionem ejus inspexisse, ajunt Peripatetici, dum loca subterranea, et fontales aquæ, et putealis per æstatem magis frigescunt, quam per hiemem; dum manus incalescunt nivis attrectatione; dum sthomacus calidior est hieme, quam æstate, et inde facilius digerit tunc temporis, et magis esurit.

294\. Ita dum æreis partibus narantes, et incolæ regionum frigidiorum esuriunt magis; atque in pluribus denum alijs eventibus non dissimilibus. At huic doctrinæ irident Athomistæ cum Galeno, et Cardano negantes facti veritatem, et sensus deceptioni tribuentes, quod locus subterraneus, aut pute alijs, et fontali aqua videat magis frigescere æstivo tempore, quam hiverno: non immutatur, ajunt, non loci temperamentum, non aquæ, sed pos. sive.

sensus. Nempe quatenus p.r æstatis calidiori m.o videtur aqua frigidior, frigidiori p.r hiemis videtur m.

295\. Addunt hanc experientiam vulgatam ab Authore Veteri, et nobili Phiæ Burgundisse videlicet duobus thermometris p.r viennium locatis in specu subterranea altitudine pedes quatuor supra octoginta, spiritus vini eandem pene altitudinem in qualibet Anni tempestate retinuit, nisi q.d æstate paulo altius sublatus aparuerit. Sed data Peripatetica doctrina circa Antiperistasim, spiritus ille deberet potius comprimi, deprimi, et descendere p.r æstatem, et sic majus frigus indicare in eo loco subterraneo.

296\. Hæc ut obiter rejiciant, V.o noberis quid thermometrum? h.r thermoscopii, sive thermometri nomine designat instrumentum, q.o virtute rarefactionis, et condensationis in dies vel horas easque singulas, aut minora quandoque temporis spacia explorare calonis, aut frigoris intentionem, et remitionem in loco aliquo ambiente instrumentum ejusdem.

297\. Thermometrorum varia genera constant solum ex vitro tubulo, seu parva fistula, quæ tanquam colum acnectitur fercula, seu globulo etiam vitreo. Fistula quibusdam lineolis transversa quasi dividitur extrinsecus ad designandum ex una ejus parte gradus frigiditatis

ex pro alia caloris gradus, qua plures, qua pauciores, observata lineola, quā pertingit summitas liquoris vitro inclusi nunc magis, nunc minus accendentis, vel descendentis per collum vitreum.

298. Intrusus liquor, et cum portione quadam aeris ~~occupare~~ occupans interiora vitri solet esse spiritus vini; aliquando tamen aqua; vel utroque omisso liquore, modica argenti vivi portio. Artificium istiusmodi V.s debet cuidam Roberto, uti videre est referente Lana in tom. 2. Magisterii naturae, et artis lib. 8. cap. 3.

299. Igitur pro antepenultimo non deneget stat una experientia supra posita experientia alia, qua ex P. Nicolao [illegible] Zuchio refert P. Benedictus lib. 1. physicae, quaestione 3. cap. 2. Ait Zuchius apud Benedictum: Thermoscopium iuxta eandem cavernam

// desertum per triennium semper exhibuerat aerem aestate in

// tubum vitreum in modum angustiam redactum, a surgente

// aqua ex ampulla subjecta, cui ora tubi extremi

// tas erat immersa, ad replendum partes illius ab aere

// restricto relictas. Eundem hieme dilatatum, aqua in

// tubo vitreo deorsum extrusa.

300. Supono veritatem facti in utraque experientia. Supono, thermometrum non

falere d[ictu]m gradus frigoris aut caloris indicat assidentes ambientem Aerem. Et assero, Antiperistasim n[on] bene re-
felli ex priori experientia, potuit enim ex peculiari loci dispositione n[on] facile prevenire ingressum specus illa vaporibus frigidioribus, aut calidioribus. Indeque temperiem ferè eandem re-
tinere toto anni t[em]pore: proindeque ex illa specu n[on] e[st] desumen-
da regula generalis ad reliquas ejusdem dispositionis alterius.

301\.
Sciendum
e[st] deindè q[uod] ij[s], qui priori loco objiciebant, ex meliori tunc cibor[um] intra sthomacum decoctione benè suaderi, calidiora esse p[er] hiemem interiora alium. Hinc est verò similiter, q[uo]d guttur sit calidius hiverno tempore, quam estivo. Et q[uo]d dat locum intentæ deceptionis sensum.

302\.
Sed ita sit, desi-
piant sensus erga m[odu]m, quo calorem aquæ, et ejus loci subte-
rranei, et n[on], potius cum Galeno Thomistis falant? Quæ tamen sensuum deceptio in sthomaco, p[er] hiemem calidiori? illationem sthomacum
tradit, d[ictu]m magis expuit, d[ictu]m fitius deconquit, facilius ~~dirigit~~ dirigerit alimentum ejusdem robustius?

303\.
Suppono q[uo]d p[er] Antiperis-
tasim, facta intentione, dicidum restat de causa illius inten-
tionis aperienda. Sensentalij, qualitatem remissam inten-
dere magis sese, d[ictu]m inimicum adest. Hoc refelit ex dictis

supra. Itendunt alij, fieri eq intentionem à causa non univoca, sed equivoca. Hoc minimè officeret sententiæ nostræ circa actionem similis in simile. At auth.res ipsi suam mentem sic explicant, ut eorum opinio nil habeat probabile, si credimus citato Benedicto.

304. Dicunt ipsi, peragi eq intentionem per regressum species intentionalis tangibilis factam à contrario circumstante; nempè dari Antiperistasim in frigoris intentione, quia 2.do species frigoris ab aqua emissæ, et incidentes calidum in aerem, indè regrediuntur in aquam, eique frigus imprimunt. Profecto species intentionales tangibiles distinctæ à tangibili qualitate habent merces peregrinas, atque in regnis Phiæ nunquam atque dispendio vendibiles.

305. Insuper contra ipsos est, quod species quæcumque intentionales contrario carent: non enim ut album nigro, sic intentionales species albi opponitur speciei intentionali nigri. Ergo quid fit, ut sit ratio nulla, cur frigoris species in aquam à calido obsistente retruderentur. Mitto super his alia videnda apud Cosmium Dom.m disp.e 18. Metaphisicæ sect. 3. anum. 14. Antiperistasii hermaneæ causam nos ut ostendam, dari supponimus multos inplexisque corporibus tunc calidos, tunc frigidos spiritus, quos vocant Peripatetici halitus, et vapores Athomistæ verò effluvia.

306. Horum spirituum, extra dubium est, multos inde abo-
lare, laxatis poris corporum; obstructis, intra eadem corpora,
quibus seu males sint, seu violenti plurimum detineri obrepsos;
atque e multis egressos corporibus eaque non pressos, ... vacillare;
et saepe ipsos vi inimici fugere, multosque in locum unum se
recipere, ibique manere cogunt a contrario circum existente.

307. Vapores istos exhalari multum e corporibus, quis non viderit? in
locum unum convenire multos ejusdem conditionis; quasi locum se-
dentes contrario validiori, cui deinde magis resistant, mul-
tiplex suadet experientia. Illud minus vulgare, et scitu
digna, quae asserit citatus Benedictis, videlicet mali vi frigo-
ris glaciati, hieme praesertim morte, morique sentiente, in medias prunas
deinde ejectum ibi haesisse validiorem eo eventu, ut cum pars
mali externa perusta jam esset, interna pars interim fuerit
usque adeo gelida, ut cujuscumque glaciei frigus ipsa aequaret.

308. Itaque Author citatus praedicti eventus oculatus testis, et pressi-
curator. Qui non aliunde potuerunt evenire in praedicto
casu, nisi ex fuga spirituum frigidiorum ad interiora mali,
impetente urgenteque calore. Propterea frequens causa
intentionis scilicet Antiperistasis est illapsus spirituum, seu
Corpusculorum ex praedictorum qualitate, cujus modus tunc apparet

inventio in corpore sive (in) loco aliquo illuc accurrentis obstra,,
ctis circumstans, ibidemque efficientis modus caloris v.g. inventionem
per actionem ab omnibus simul, vel saltem a pluribus eandem prove,,
nientem.

309. Vel alij: causa ejus inventionis est, quod obrisserae stra,,
ctio, transpiratio impedita, atque exhalatio, alias futura,
vaporum, qui inibi existebant; hicque detenti, et coalescebati
[illegible] modus causarum inventionem, ut dictum primé est. Consonant ipsa doc,,
trinae Aristotelis, dum quaerit Philosophus in problematis, cur peratum,
et hieme potius, quam per aestatem ardentes sudores existerent?
hanc ipse causam reddit: quoniam calor impulsus á frigo
re colligit se intrinsecus.

310. Quaerit ibidem, cur qui per hiemem lavant
frigida, minus deinde frigoris sentiant, quam sentiunt des
inde, qui lavant calida per idem tempus? causam exhibet ipsum
quia poros calida aperit, et calidis corpusculis introgrediendis
tenuibus ostium, atque aditum pandit, quo inde avolent: at verò
frigida intrinsecus cogit calidos spiritus ibidem existere;
si quidem per ipsam condensatur cutis, pori sibi arctant, obs
truuntur. Ex dictis igitur facile explicant notabiles effec
tus, quos retulimus supra, (quos) et plures alij, qui in
veniat actio similis in persona simile, quam negabimus.

311. Do, et

simus explico sic doctrinam eorumque alia exempla nota
nilia. Feruet calx viua, si abspergatur aqua; fit actio spiritus
calidi, siue ignei fortiter calcis antea dispersi, in unum stratum un
gente trahi, ipsi coeunt. Audiat S. Augustinus lib. 21. ~
de Ciuitate Dei cap. 4:

312. Calx ... ab igne ignem
concipit, cumque ipsa gleba, tangentibus frigida, ... latens sen
nat, ut nulli nostro sensui prorsus appareat sed ... ex
perimento ... non apparet, sciatur inesse sopitum. Propter quod eam
calcem viuam loquimur, velut ipse ignis latens anima sit vi
sibilis corporis. ... verum quam mirum sit, quod cum extinguitur,
tunc accenditur, et aqua frigida infusa, tunc efferuescit:
at si non adhibeas aquam, sed oleum, quod magis fomentum est
ignis, nulla eius infusione feruescit.

313. Mecumque S. Doctor.
... ego verba hec omnia posse intelligi de igne non
quidem in se ipso, sed tantum in dispositione ferè proxima ad
ipsum, si accedat aque inspersio, inibi precipiterite. Quo
rum ad presens institutum utrobis modo sit, bené est. De
indé, fimus columbarum aliquando incaluit usque adeo, ut flam
mam conceperit, qua domus arsit. Testis Gallenus lib.
3.° de temperamentis cap. 2.

314. Effectus hic tribuit calidis

spiritibus in eo, tunc existentibus, et transpirationi eorum impedite: Unde et summus intensibe calor, et ignis statim generatus ab iis omnibus simul, et causa universali. Ulterius: exhalationes aut vapores calidi in nube frigida circumclusi adurant magis ac magis, dtrahuntque, ocidensque frigiditatem fugientes, utque magis eidem resistant: atque exinde generatus persaepe ignis perrumpit nubem ipsam, quam prae invenit minus firmam, atque ita fit tonitru et fulgur exhibetur.

315. Denique aqua objecta tantisper ex Orienti Soli magis infrigidatur. Cujus ratio est sufficiens, quod vapores frigidi antelucano tempore existentes in aere et vitiniores aquae, solis calorem fugientes magis intromittuntur eique, quam antea, porosque, et frigidiorem reddunt. Est alia ratio, quod Sol calore suo extrahit tunc ab aqua calidiores vapores, qui per aestate praesentiam, in aque frigiditatem impediebant; iisque remotis, in naturalibus se frigus aqua vendicat.

316. Et observa, quod supra diximus objecta tantisper, atque ex oriente Soli quia si alio tempore objicias vel tunc exponis, patiaris ferè diu calorem solis, rationes modo exhibitae, frigiditatem aquae non permittunt. Quid enim eveniret, si aquam meridiano Soli per aestatem exponas, aut in frigidatem in ortu Solis

tandiu expositi haneat coad vapores calidi, ijs coadunati omnes agant in ipsos.

317. Rogabis cur Sol calore suo tunc ~~[illegible]~~ extrahat calidos vapores ab aqua; cum frigidi in aqua se recipiant? Resp. ex eodem principio, quod est mali amor conservationis, utrumque provenire. Similia quidem, quae possunt mali congregantur, ut facilius resistant contrarijs, atque diutius conserventur. Hoc videre licet in aqua, cujus guttulae in pulverem, atque in planum etiam solidum delapsae volentium globulos coalescere alij alijs adunatae.

318. Insuper in halitu fit ~~a~~ emisso qui per aestatem non percipitur oculis; at vero percipitur fit hieme; quia tunc spiritus calidi condensantur, adunanturque magis cum impingunt in frigiditatem; hoc autem accidit non aestivo, sed hiemali tempore. Igitur ob praedictam rationem confugiunt ad aquam in casu antea posito frigidi spiritus; et calidi, qui erant in aqua, avolant ut adjungant plurimis quoque calidis a Sole provenientibus.

319. Atque iste est sensus, quum dicitur, Solem calore suo tunc extrahere calidos vapores ab aqua. Mitto hic Alphonsistarum argutias dicentium, a nobis dari his vaporibus sensum, cognitionem, electionem, ut periculum noverint, timeant; et modo fugiant, modo subsistant.

tq absq. utilitate, quq absq. fundam. Similia multis in locis objiciunt in Aristot. Phi. Novatores. Sed ea, de quib. nunc, similiaq. innate fieri nos omnes probamus raonib. atq. experimentis.

320. Iq. de reflectione, et refractione. Proleg. in hanc rem distinguunt actio, seu actio alterativa; directa, reflexa, refracta. Directa e, quq nullo angulo, aut curvitate violata prendit p. rectq lineq; actione hujusdi. natura frequentissime operatur, quq viq amat brevissimq, qua fieri possint, atq. adeo rectissimq in suis operationibus. Reflexa dicit, quq cq longius esset dirivanda p. rectq lineq, incidit in corpus obsistens progressioni, incipitq. retrocessus principiq versus; uti solet pila lusoria terrq illisa violenq regredi ad motum sui principiq.

321. Hec tamq actio n semper retrocedit p. eandq lineq, qua iverat; neq ipsa actio licet recta procedens potest ex obliq. tangere corpus, inq. incidit, et potest n ex obliq, sed perpendiculariq. Et si perpendiculariq, tunc n retrocedit nisi p. eandq lineq; si autq ex obliq, tunc revertit prte opposita, ut si desterq v.g. tenuerit adveniens, sinistrq partq teneat retrosequentem.

322. Hoc etiq

intelliges et explicantis exemplo lusoriae pilae, quae per perpendi, cularis, quae ex obliquo impingentis violenter in corpus obsistens ulteriori ejusdem progressui. Itaque si ovep tangat ex obliquo, actio adveniens efficit simul cum ipso obice angulum acutum, qui dicitur incidentiae; et revertens efficit similiter ex pte alia angulum aequale, qui angulus reflectionis vocatur; sicut et ipsa actionis advenientis linea, nuncupatur linea incidentiae, lineaque revertentis actionis apellatur reflectionis linea.

323. Punctum similiter in quo terminatur, vocatur insistentiae in linea alia, in alia punctum reflectionis dicitur. Haec tamen non intelligatur ita materialiter, et pingue, ut credas, eandem numero qualitatem, seu partem qualitatis eandem ire, atque redire in reflectione, sicut eadem pila lusoria it, atque reflectens redit: sic enim accidens migraret de subiecto in subiectum. Sensus verus est, quod qualitatis propagatio futura ultra obicem si modo ipse non adesset, retro ipsa fiat, in spatio scilicet anteriori.

324. Actio demum refracta incidit ex obliquo (neque refractio nulla contingit, si perpendicularis incidat actio) at non retrocedit, progreditur vero cum reflectione aliqua, postquam impegit in obicem non quidem impedientem ulteriorem operationem, sed operationis progressum secundum eandem lineam. Dirigitur refractio sicut et reflectio explicata in productione

multarum qualitatum, praesertim in propagatione luminis atque in speciebus visualibus.

325. Quippe cum radius luminis ex obliquo incidit in corpus diafanum, transiensque ad diafanum aliud densitatis diversae, quasi frangitur in transitu, seu inflectitur; neque rectam, qua venerat lineam prosequitur, sed ex obliquo pergit angulum faciens simul cum priore linea. Et tunc secundum illud corpus dicitur refringens, punctumque in quo peragitur refractio, et in quo veluti duae jam lineae coeunt, dicitur ab Scholasticis punctum refractionis. 326. Mathematici vero id focum appellant non absque proportione: quia multi radij Solis aut alicuius corporis luminosi dum coniuncti franguntur, in puncto seu brevi circulo refractionis calor magnus, et ignis etiam et quasi tamquam fossulus excitatur, si presto sit materia apta. Ita ut fit evenit, cum Solares radij transmittuntur per vitrum, quod lentis figuram habet. His premissis, ad nos attinet in praesenti explicare, unde proveniat ea, quae deprehenditur in reflectione, et refractione medii intentio qualitatis prope corpus obsistens, et in puncto ipso refractionis.

327. Dico, eam intentionem, dum actio versus agens reflectitur, provenire ab agente aequivoco, quod sicut posset actionem longius continuare directam, nisi adesset corpus obsistens, sic poterit quasi repulsa ejus actione, tantum

operari remote, quatenus operatur in ulteriora. Provenit autem in refractione ex eo, quod ratione corporis refringentis medium sive vix tum impendat agens quibusdam circa punctum, aut refractionis circulum; et inde plures qualitatis partes ibidem adjungantur. Idque saepius. Numquam tamen à qualitate minus intensa provenit intensio major. Exempla non exhibeo, quia fortasse alias dabimus; ~~de~~ speciebus cum de visu agetur.

Subsectio 4.ª

Qualitatis activitas et resistentia reactio quoque et repassio

328 Pertinent etiam ad notitiam actionis, saneque notabilia, quae titulo sunt praefixa. Ipsa qualitatis virtus, qua potest effectum in passo producere est activitas qualitatis. Verum qualitates esse omnes activas, communiter asserunt Philosophi. Aliqui tamen cum P. Arriaga opinantur, calorem et frigiditatem esse activas; humiditatem vero et siccitatem excludunt ab agendo. Sed excludendae non sunt, cum experiamur, siccitatem à sole causatam, deficienteque sole manentem

neque producere in in passo proximo siccitatem aliquam, simile quae experiamur in humiditate.

329. Neque Philosophus contradicit, dum 2° de generatione ait, calorem et frigiditatem esse qualitates activas; humiditatem verò et siccitatem esse passivas; nam similiter haec Aristoteles intendit unicè activitatem humiditatis et siccitatis fere nullam esse, si comparetur cum activitate frigiditatis, et caloris. Propter similem rationem, ut alibi notavimus, pondus denique Philosophus in pondus apellat. Ex primis qualitatibus calorem esse activiorem, Philosophi notant; etenim promptius ipse, fortius, atque ad majorem distantiam operatur.

330. Qualitatum inter se resistentia est conatus, quo intensa qualitas impedire actionem contrarii. Haec resistentia dividi solet in activam, et passivam. Activa dicitur quoque effectiva et positiva, alia est in actu 1° alia in actu 2°. resistentia activa in actu 1° est ipsa virtus agentis intendentis producere, aut conservare qualitatem ad praesentiam contrarii. In actu 2° est conatus agentis, aut producentis, aut conservantis actualem qualitatem, praesente contrario.

331. Formalis ista resistentia esse potest vel offensiva vel defensiva. Offensiva erit, si agens activè resistat efficiens, aut conservans in ipso contrario aliquid, quo virtus illius infirmetur: v.g. si calidum ut

quing. aplicatus frigido ut 1. producat in illo unu gradu calo- ris. Defensiva erit, si agens activè resistat contrario eficienti, aut conservat qualitatem non in ipso contrario, sed vel in se, vel in contrario extraneo ipsi approximato, et cui etiam aproximandum est agens contrarium.

332. Qualitatis resistentia formalis, positiva etiam ape- llata et privativa, est conatus, quo qualitas per sui infor- mationem impedire intendit actionem productivam contrariæ qualitatis in eodem subiecto: exempli gratia conatus, quo calor receptus in aqua per sui informationem intendit impedire actionem productivam fri- giditatis, ad quam conatur aqua se restituere.

333. Etiam formalis re- sistentia dividitur in formalem in actu 1°, et in actu 2°. In actu 1° est sola exigentia, quam qualitas existens in subiecto habet ad hoc ut non introducatur in eodem subiecto qualitas contraria. Propterea talis re- sistentia in actu 1° non distinguitur á qualitate ipsa existente in subiecto. In actu 2° superaddit contrarii præsentiam, negationemque contrariæ qualitatis in eodem subiecto.

334. Hic 1. rogatur, an qualitas magis activa sit etiam magis resistiva? Potest dubitatio procedere, vel de resistentia activa, vel de formali. De activa resistentia affirmative; nam cum activa resistentia sit idem, atque acti- vitas qualitatis, quo magis fuerit activitas, eo magis erit activa

resist.ᵃ De fali ngatibe respᵒ: potius namq. qualitas minus activa e magis resistiva fali. Hoc suadeur bene potest ex eo, qᵈ oppositu foret dña bonu universi; etenim si calor, qui e magis activus, quā reliquę 4. qualitates, foret etiā magis resistivus fali, omnia brevi absumeret.

335. ipsa experientia dpat: morbi, quā movet siccitas, difficilius eradicant, quā pvenientes ex alia aliā qualitate: qᵈ qᵃ siccitas tenatius adheret, informatq. subo: qᵈ e magis resistiva fali. Sed e minus activa tribus aliis qualitatibus: qᵈ Stat pr. m subsumpta, qᵈ ordo activitatis in 4. qualitatibus designat iste: calor primatu tenet, subsequit frigus, deinde humiditas tandē siccitas minus activa reliquis. Inversus e aute ordo resistentię fali: qᵃ in hoc ordine Primatu tenet siccitas, humiditas subsequit, deinde frigus, et tandē calor minus resistivus fali.

336. 2ᵒ rogat, qᵈᵒ resistat qualitas, quā expellit; utru scilicet in expulsionis instanti, an in precedenti ad expulsione? Respᵒ: in precedenti. Ras e: tunc qualitas resistit, qᵈᵒ invenit, aut retardat actione agentis dtrarii; sed n̄ in instanti, in quo expellit, sed in precedenti impedit, aut tale actione retardat, si quidē in instanti, in quo expellit, existit actio agentis dtrarii:

q. n. instanti, in q.° expellitur, sed in precedenti resistat. Contra hoc: qualitas in instanti, in q.° expellitur, cedit agenti contrario: q. n. resistat in instanti, in q.° expellitur, sed in precedenti.

337. Infertur hinc, 1.°, n. dari victoriam sine resistentia precedente; dari tamen absque resistentia coniuncta cum ipsa victoria. Secundo infertur, qualitatem in instanti, in q.° n. expellitur, resistere, si proprie loquamur, agenti contrario, n. autem qualitati introducendae; nam proprie loquendo n. resistit ei, q.d nondum est.

338. 3.° infertur, q.d q.do dicitur contrarium, qualitatem introducendam pugnare cum expulsa, denotat solum incompatibilitatem qualitatis utriusque; n. vero designat actualem aliquam pugnam qualitatis utriusque simul in eodemque instanti exercitam. Similiter cum dicitur, unamquamque qualitatem introduci in subiecto contra exigentiam qualitatis contrariae, hoc est intelligendum de contrariae qualitatis exigentia, quae immediate antea existebat; n. vero, quae tunc existat, q.do expellitur qualitas.

339. Rogas 3.° de concurrentia resistentiae formalis, et activae. Resp. 1.° Saepe eadem forma resistit active simul, et formaliter: etenim calorem manum aplicatam ad nivem nivis resistit active quia omnes gradus caloris, qui n. amittunt in 1.° instanti aplicationis; aliquatenus si quidem nivem liquefacit calor, et perseverans in subiecto obstat introductioni gradus contrarium.

310. Resp. 2º: resistentia formalis saepe invenitur absque actione: namque albedo inherens subiecto, et nihil agens, formaliter resistit nigredini; quod et in aliis pluribus accidit. Obijcies: tunc causa conservativa albedinis resistat actione! Dico tamen causam conservativam albedinis aut formae alterius tunc nihil agentis non saepe causam esse, quae non resistit actione, cum ultro annuat exigentiae contrarij validioris: non enim eo appetitu innato talem formam conservat.

311. Jam ad aliquid tituli propositi. Dico iam principia, quae mutuo inter se agunt, illud in presenti quod validius est, sibi vendicat claritatis gratia nomen agentis; quod minus validum nomine passi, seu patientis significatur. Actio cujuslibet, supposita actione alterius in ipsum, appellatur [struck through] reactio, cum ab ipso provenit; ut vero terminata ad alterum repassio dicitur, juxta ea, quae de actione, et passione diximus alibi.

312. Quamvis et alia etiam usui sit mox usurpatio in presenti; sub qua nimirum venit nomine actionis influxus agentis seu principij validioris in passum: Unde et tale principium agens hic nuncupatur; nomine reactionis actio passi in agens; Unde passum reagens hic dicitur: nomine item passionis, actio agentis, ut ipsa est in passo; et nomine repassionis actio passi ut ipsa est in agente posita, seu recepta, et inde ipsum agens dici solet repassum.

343. Ita certum est dari reactionem, ut nullus hoc neget. Profecto si aqua calida immisceatur frigidae, refrigescit utraque; ac proinde frigida frigiditatem aliquam producit in calida; haec etiam aliquem calorem in frigida. Simile quid evenire cernitur, dum ferrum candens in aquam frigidam immergitur, his, atque similibus innumeris experimentis, probatur ostenditur manifestissime reactio. Et inde abiit in proverbium, agens agendo repatitur.

344. De extensione tamen veritatis hujus, atque principii dubitatur. Et sunt etiam non exponendae difficultates: quae deberent explanari prius, ut vera doctrina e tenebris emergat. Igitur reagat in agens passum, certis subest limitationibus. 1.a est nisi agens et passum ordinis sint diversi. quid enim Deus increata agens ab ipsorum aliquo repatietur? 2.a nisi sphaerae passi et agentis diversae. Ob hanc limitationem nihil reagit in Solem terra. 3.a nisi agens operetur qualitatum tantum perfectivam, seu non corruptivam: si enim ita fiant, agens non repatietur; utique obiectum speciem producit in oculis, aut lucem in pariete lucerna. 4.a

345. 4.a nisi passum adeo sit inerme, ut uno impetu penitus superetur, et ipsius pereat activitas: quid enim si non repatiatur calidum ut 8. a frigido tantum ut unum, sibi applicato? 5.a nisi desit proportio mutua inter virtutes inaequalitatis; hoc est, nisi forte non sit inter activitatem passi, quae resistentia agentis

ad patiendum ab illo. Etenim absolute activitate majori, quam sit resistentia non datur victoria. Id circo dicitur in quadam paroemia Physica,
// quod actio debet fieri in proportione majoris inequalitatis.

346. Singulæ vel cum guttulæ aquæ, sæpe cadendo, lapidem excavabant durissimum, major est activitas cujuslibet guttulæ, quam resistentia lapidis, non quidem accepta secundum omnes sui partes, sed unice partis eius minutissimæ, et sensui imperceptibilis, quæ uni tantum guttulæ respondet excavari. Prædictas limitationes non transiliet credimus, mens Aristotelis de lib.
// 1° de generatione Aliis cap. 3. ita explicat: omne agens
// patitur, et repatiens; utque secat hebetatur ab eo, quod secat.
Aut neque sub adhibitis limitationibus firmum invenio, quod agens repassum sæpe, in eodem ipso lato instanti, in quo agit.

347. Difficultatem in prædictam veritatem hæc 1.a objicitur: supposito, quod intra sphæram calidi ut 8° collocetur frigidum ut 8° unius ulnæ v.g. ergo mutuo simul in sese agant; si daretur in casu posito repassio, fieret, quod 1.us palmus frigidi proximus calido moveretur simul contrariis motibus, sive reciperet in se qualitates oppositas in gradibus contrariis, sed hoc repugnat viribus naturæ:
ergo

348. Probatur major 1.us ille palmus acciperet calorem a calido ut 8°, et a reliquis partibus frigidi simul reciperet frigi

diray destruag: g. Suponit autem 1.a pars, et 2.a pbat sic: reliquae ptes frigidi agunt simul in calidy distans; sed n possunt indistans agere, quin agant in mediy: g. agent in 1.m illy palmy, qui medius e intr ipsas, et calidy: g. 1.us ille palmus á reliquis ptib.s frigidi acipere frigiditatq destruetq.

349. An

guiq idq eformat simily circa aerq mediq inq unq g. illud agere. Ecce Carentatoris arguendi fig, qua hic usus est Ricardus Suiseht, qui carentatoris inde nomq obtinuit. Huic dificultati ut respondeant Auth, vias ineunt diversas.

Respondet 1.o n admittendo hypoteq, videlicet g. illa 2.trana mutuó

